

Laura Biondi (Università degli Studi di Milano)

“Tassonomie della *definitio* e grammatiche esegetiche dell’Alto Medioevo latino”

1.Pomp. *Comm. in artem Don. GL V*, 137.5 ss.: “qui definit aliquid ita debet definire, ut et ipsam rem exprimat et a ceteris rebus seiungat”

2.Isid. *Etym.* II, 29.1 Marshall: “Definitio est philosophorum, quae in rebus exprimendis explicat quid res ipsa sit, qualis sit, et quemadmodum membris suis constare debeat” (cfr. Mar. Vict. *De definitionibus*, 6.33-7.3 Pronay: “Ergo definitio quae philosophorum est in rebus exprimendis - quae explicat quid sit, *non* quale sit - quemadmodum membris suis constare debeat exponemus”)

3.*Ars Bern. GL VIII*, 63.35-64.12: “Nomen quomodo definitur secundum sonum, hoc est secundum superficiem, et quomodo secundum sensum, hoc est secundum substantiam qualitatis? Ista differentia est. Ubicunque enim inuenitur ‘dictus’ uel ‘dicta’ uel ‘dictum’, definitio soni esse ostenditur, ut ‘littera dicta est quasi legitera, eo quod quasi legentibus iter ad legendum ostendit’; item ‘pes dictus est, quo quasi metrorum cursus incedat’. Sic etiam nomen definitur: ‘nomen dictum est, quasi notamen, eo quod nobis uocabulo suo res notas efficiat’. Ubicunque autem inuenitur in definitione ‘est’, definitio sensus, idest qualitatis esse demonstratur, ut ‘littera est pars minima uocis articulatae’; item ‘pes est syllabarum et temporum certa dinumeratio’. Sic etiam secundum qualitatem substantiae nomen definitur: ‘nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterue significans’.”

4.Mar. Vict. *De defin.* 11.13-16.14 Pronay: “Tullius in Topicis de tribus locis primis tractans: **a toto, a partibus, a nota**, cum a toto argumentum est [...] definitionem adhibendam dicit; illic enim

ponitur genus, quo quid res ipsa sit de qua quaeritur explicetur. At a partibus cum argumentum est, etiam ipsa quidem dicitur definitio, verum translato nomine, cum, enumeratis omnibus totius partibus, sic quod totum est recognoscitur. [...] Tertia definitio est quae a nota dicitur, cum vis verbi vel nominis quae in compositione sita est rem suam facta quadam separatione designat. [...] Hae sunt tres nunc a me positae principaliter definitiones substantiales: quae a toto est, a partium enumeratione et a nota, ita ut illa quae prior est sola vere definitio nuncupetur; istae autem duae honore nominis et honestate, quia id de quo quaeritur quid sit ostendunt, non vere, sed tamen definitiones esse dicentur. [...]"

5. Anon. ad Cuimn. *Expos. Lat.* IV 72-78 Bischoff - Löfstedt: "APPELLATIVORUM SPECIES SUNT MULTAE (615, 1). Hic interrogandum est, quot sunt et quare Donatus definitionem eorum numeri non possuit. Id est duobus modis hoc intellegitur: aut enim latitudinem Latinitatis cauendo certum non possit numerum, aut etiam non ratus est necessarium esse ponere ante numerum, quem postea in regulis ostendit suis; sunt etenim numero XX et VII."

6. Muret. *in Don. mai.* II 46.24-47.43 Holtz: "Quod autem addidit 'octo', definitionem numeri ostendit. Definitio autem dicitur quasi ualde finitio, id est determinatio, quando quis prolixam rationem sub breuitate determinat; quod Donatus secutus totam latinitatem, quae a sui latitudine dicta est nec aliquis plenitudinem illius pleniter perscrutari ualet, sub paucis uerbis, id est sub octo partibus, constrinxit. Interea sciendum est quindecim esse genera apud rhetores definitionum, e quibus grammatici tres sibi tantummodo uindicant, scilicet definitionem soni et definitionem substantiae et definitionem numeri. **Definitio substantiae** duo ostendit, communionem uidelicet et proprietatem; **definitio** uero **soni** quattuor modis constat, **deriuatione compositione cognatione interpretatione**. Non omnis tamen definitio soni has quattuor obtinere potest, sed unaquaeque definitio soni aliquam habet ex his. **Definitio** uero **numeri** tria demonstrat: ueritatem rei pandit,

insecios instruit, superfluos aestimatores repellit. Hoc ergo egit Donatus in hoc loco, cum dixit ‘octo’, quoniam fuerunt qui uoluerunt plures esse partes orationis, fuerunt et qui dixerunt pauciores”

7.Muret. *in Don. mai.* II 48.76-49.90: “Sed quia quattuor modis diximus consistere definitionem soni, necessarium esse uidetur per singula explanare. **Deriuatione** autem fit definitio soni, ut a duco uerbum dux nomen, a rego rex. **Compositione**, ut ‘participium’ quasi partes capiens et ‘municeps’ munia capiens. **Cognitione** uero, ut terra dicitur a terendo, homo ab humo, humus ab humore. **Interpretatione**, ut ars dicitur apothesis arethes, id est a uirtute, quam Graeci scientiam uocauerunt, et Christus dicitur grece, latine unctus, uel Danihel uir desideriorum. Quaerendum est, quomodo differentia in his definitionibus cognosci possit, quando sit definitio soni et substantiae uel numeri. Ad quod dicendum, quia, quoties dictus dicta dictum inueneris, definitionem soni esse perpendere debes; quoties uero substantium uerbum ‘sunt’ uel ‘est’, definitionem substantiae requirere”

8.Erch. *Tract. super Donatum*, 5.6-20 Clausen: “Singularium partium diffinitionem quae fit secundum substantiam Donatus exequitur omissa diffinitione soni. Dicitur autem nomen uel a Greco quod est NOMA et adiecta o ONOMA, dictum a tribuendo quod illi NEMEIN dicunt. Uel ut alii: nomen est quasi notamen, quod hoc nomine notamus uniuscuiusque substantiae qualitatem, Tribus in locis huius artis expositores tales ponunt diffinitiones, sicut est nomen quasi notamen, littera quasi legitera, participium quasi participium; quod ideo faciunt quia in huiusmodi diffinitionibus apertior sensui redditur intellectus. Reuera nec notamen nec legitera uel participium per se aliquid sunt. [QUOD NOMEN SIT COMPOSITUM]. Est autem nomen, ut quidam uolunt, compositae figurae, i.e. ex duobus corruptis, a uerbo nomino et mente. Non enim, ut dictum est, sciremus quid esset rerum natura nisi per nomen.”

9.Prisc. *Inst. GL* II, 25.3-12: “et quia frequenter hae in omnibus paene literis mutationes non solum per casus uel tempora, sed etiam per figurarum compositiones uel derivationes et translationes a Graeco in Latinum fieri solent, necessarium est ponere earum exempla.”

10. Muret. *in Don. mai.* II 46.12-15; Sedul. *in Don. artem mai.* II 57.80-86 Löfstedt: “‘Orationis’, id est rectae locutionis. Dicitur autem oratio quasi oris ratio, nec est compositum, ut quidam uolunt, ex ore et ratione, sed uenit de uerbo quod est oro oras, quod uenit a nomine quod est os oris. Orare enim dicimus ‘deprecari’ et orare dicimus ‘docte et pulchre loqui’.”, ma Ars Laur. *Expos. Lat.* II 7.22-24: “Secundum sonum autem ita: Oratio dicta quasi oris ratio, eo quod ex ore et ratione consistit”

11. Sedul. *in Don. artem mai.* 64.2-8 Löfstedt: “Sed quoniam definitio substantiam sequitur, dicendum prius, quod sit definitio uel quot sunt genera definitionis. Definitio igitur est oratio, quae id de quo quaeritur aperte describit atque determinat. Definitionis autem genera secundum grammaticos sunt sex. Prima substantialis, ut ‘nomen est pars orationis cum casu’; secunda soni, ut ‘nomen dictum est quasi notamen’; tertia specialis, ut ‘corpus aut rem proprie communiterue significans’; quarta accidentalis, ut ‘nomini accidunt sex’; quinta numeralis, ut ‘partes orationis sunt octo’; sexta etymologiae, ut ‘homo dictus est ab humo et humus ab humore’.”

12. Mar. Vict. *De defn.* 11.13-16.14: “Tullius in *Topicis* de tribus locis primis tractans: a toto, a partibus, a nota, cum a toto argumentum est [...] definitionem adhibendam dicit; illic enim ponitur genus, quo quid res ipsa sit de qua quaeritur explicetur. At a partibus cum argumentum est, etiam ipsa quidem dicitur definitio, verum translato nomine, cum, enumeratis omnibus totius partibus, sic quod totum est recognoscitur. [...] Tertia definitio est quae a nota dicitur, cum vis uerbi uel nominis quae in compositione sita est rem suam facta quadam separatione designat. ‘Fides est’ inquit Tullius ‘cum fit quod dicitur’. Hic itaque perspicitur licet ueluti simplex nomen sit fictum atque compositum, ut in res suas obscura licet compositione resonet: paene enim isdem syllabis rem suam dicentibus uerbum compositum ad id quod significat ex discretione cognoscimus. **Sed saepe uerbum simplex purum nulla compositione conexum in definitione a nota ducitur, ubi est vis eius quam Graeci**

appellant ἔτυμολογίαν, at Cicero veriloquium. Veriloquium non potest ex discretione, quae nulla est, compositionis ostendi, sed, adhibita declinatione ac denominatione quodammodo, quid sit id de quo quaeritur explicari, ut a bonitate bonus et a malitia malus et a sapientia sapiens. Etenim cum in alio nomine res cognita est, facile hoc quod ab eo derivatum et quodammodo denominatum ad cognitionem deducit, ut quid sit ostendat. In Pisonem Cicero consulem a consulendo ait dictum ‘maximeque’ inquit ‘quod vis nominis ipsa praescribit, rei publicae consulendo’, et hoc definitionis genus esse dicendum est. Quamquam Tullius in Topicis argumenti locum fecerit quem nominat coniugatum, qui est finitimus loco illi qui a nota est, nos tamen non aliter neque contra, sed cum pari praeceptione definitionem iure dicemus, servantes praeceptum uti, cum compositum nomen, divisione in res suas quas sonat accepta, quod significet intellegamus, sit definitio a nota; cum autem simplex verbum unde sit denominatum accipere coeperimus, argumentum quidem a coniugato accipiamus, ut Tullius posuit, definitionem tamen esse dicamus, quia quid sit ostendit - quod proprium est definitionis. Hae sunt tres nunc a me positae principaliter definitiones substantiales: quae a toto est, a partium enumeratione et a nota, ita ut illa quae prior est sola vere definitio nuncupetur; istae autem duae honore nominis et honestate, quia id de quo quaeritur quid sit ostendunt, non vere, sed tamen definitiones esse dicentur. [...]”.

Grazie per l'attenzione